

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**PROGNOSTICA=||TIO IOANNIS LIECHTENBERGERS, QVAM  
OLIM SCRIB-||psit super magna illa Saturni ac Iouis  
coniunctione, quae fuit Anno M.CCCC.||LXXXIIII. praeterea  
ad eclipsim Solis anni sequētis uidelicet ...**

**Lichtenberger, Johannes**

**Köln, 1526**

Capvt vicesimvmsecvndvm

[urn:nbn:de:bsz:31-160364](#)

## PROGNOSTICVM IOANNIS

non posse cognoscimus. Tunc facundius loquimur, cum ab his ob-  
stupescendo reticemus. Ad narrandum magnifica opera tua habeo de-  
fectum in calamo. totum Constantinopolitanū Imperiū prædicat,  
tota catholica ecclesia te collaudat, tu solus clypeū crucis Christi ad-  
uersus Turcū erexisti. Tantus enim splendor in laude tua, tanta in ma-  
gnitudine tum consiliū dignitas, ut haec à uirtute donata, quibus ui-  
ues temporal longa inuictus, cætera à fortuna cōmodata esse uiden-  
tur. Deposit domi uisti gentes inhumanos, Vuienenses, elatos Austra-  
les, extraxisti caudam pauonis, cepisti ciuitates & oppida, flagellū  
Dei fuisti permittiue, cætera omitto. Sed tantum ea uiciisti, quæ na-  
turam & conditionem habebant, ut uinci possent. nulla enim tanta  
uis quæ non ferri uiribus debilitari frangitur posset, ac animū uince-  
re, iracundia cohibere, uictoriā rēperare, iusticiam colere, fidem  
seruare, pacem prosequi, rectos fouere. & quod omnibus his maius  
est, Deum timere, Imperatorem honorare, mandataq; eius seruare  
nouisti. nihil enim est operis manifestum, quod non aliquando de-  
ficiat, & cōsumat uetus tas. Dicente sapientissimo Salomone, Omnia  
orta occidunt & senescunt. Beatus igitur populus tuus, uiri tui, ut ait  
Regina Saba ad Salomonē, & beatissimi qui stant corā te. Do-  
mabis & aliam gentem, ubi famam & laudem acquires ultimā. Sed  
post te exurget maiorte, flagellū longiturniter percutieus canes infi-  
delissimos. Haec arguunt ex domino terrae tuae, & gens Sagiptaria  
regnabit temporal longa in Christicolis tuis, & Regnum Hungaro-  
rum dabitur & reseruabitur alteri, qui erit pius & multū misericors  
quo ad ecclesiam. Ipseq; reformabit ecclesiam Pragensem, & sanctę  
Sophię templum Constantino. scanderetq; ad ardua inter catholicos,  
sed non de sanguine Mathiæ, sed de rupibus Alemaniæ orietur &  
exier rex syncerissimus.

COMES PALATINVS.

CAPVT VICESIMVM SECUNDVM

**D**icitaturis naturalis æquitas, probat hoc recte rationis perspicacitas, attestantur hoc Annales, q̄ principum gesta conuenit cōscribere, ne obliuio mater erroris interveniat. Congruit itaq; sapientia conspicere eadem, quatenus ex eis elucescat, unde bonus commendet, & malus iūtuperet. ut sicut tanq; ex reliquenti speculo ualeat extergere sordes criminū, & immaculatū laudare dominum. Liber igitur huius Comitis palatini intueri suę exaltationis initium, ut pateretur honestus fuerat suæ conuersatiois principiū. Nam splendor paternæ gloriae, et cædor lucis aeternæ clare fundens ex æthere thesauros suæ gratiæ in ipm Comitē palatinū, tam morum q; sapientiae duos enim nūcātes radios largifluos per lacteum circulum suæ clemētiae, sic q; præ multis principibus, quasi columna nubis candida, virginalibus sit diuinatus missa cis fluviu Rheni. Hic Comes palatinus non est idolatra, sed uerus dei & Christianæ religiōis cultor, & testis optimus. Quid autē huic iusto, pio, clementi principi præsens eclipsatio portēdat, audiatur dominus meus benigno fauore.

H ij



PRÖGNOSTICVM IOANNIS

AQVILA SVPRA SILVAM VOLANS  
sub una silua Leo medius uidetur, sub alia  
silua Leo totus uidetur, sub tertia  
Leo absconditur.



CAPVT VICESIMVM TERTIVM.